



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Honorati Fabri, Societatis Jesu Theologi,
Apologeticus Doctrinæ Moralis Eiusdem Societatis**

Fabri, Honoré

Coloniæ Agrippinæ, MDCLXXII

Occasia scribendi, & intentio Auctoris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94565)

GERMANA DOCTRINA R. P. THOMÆ TAMBURINI SOCIETATIS JESU,

Perspicuè refellens impugnationes R. P. VINCENTII BARONII
adversus illam allatas.

O P V S C V L V M

R. DOM. DON LUCII SANMARCO, Sacerdotis, & Caltanissetta in
Dioecesi Agrigentina Vicarii F.

Occasio scribendi, & Intentio Authoris.

1. **R**ATER Vincentius Baronius in
Theologia Morali, quæ scribit
adversus laxiores Probabilitates,
præsertim contra Caramuelem,
Anonymi nodos in Pat. Marco-
num, Theophilum Raynaudum,
& Amadeum Guimenum, ut Theophilum carpat,
inter cetera eundem reprehendit Diss. 1. sect. 5. artic. 2.
quod Opus in Decalogum R. P. Tamburini Conci-
vis, & Præceptoris mei approbaverit, & commenda-
verit, præfixeritque dicto Operi impresso Loranis an-
no 1659 & iterum anno 1665. hæc verba.

2. Opus R. P. Thomæ Tamburini in Decalogum, post ac-
curatam Theologorum recognitionem. annuentibus Majori-
bus in Italia usum. dignum est iterari cudi, ob doctrinæ so-
lilitatem, & in explicandis nodis conscientie perspicuitatem.
Idem videtur de Opusculis quibusdam moralibus Expositioni
Decalogi attestis. Neque vero Author à sola doctrina solidi-
tate, & res dubias exponendi dexteritate, in his lucubratio-
nibus commendandus est; sed etiam quia bonis moribus in
eisdem exquisitè consuluit. Lugduni in Collegio S. Trinita-
tis 9. Febr. 1. 658.

THEOPHIL. RAYNAUD, SOC. JESU.
CAROLUS DULIEV, SOC. JESU.

3. In ipso vestibulo (daveniam, Lector, ut id non
taceam) adverto calumniam contra R. P. Theophi-
lum: nam cur Baronius non attulit alias approbatio-
nes eidem Decalogo affixas? Nolo hic transcribere
Commendationes Patrum Soc. Jesu, quos Janse-
nistæ suspectos omnes habent, sed vii eximii ex Mino-
ribus de Observantia reformati. dumtaxat, cujus testi-
monium datum Venetiis, ubi primò excusum est di-
ctum opus in Decalogum, est hujusmodi; & in eadem
pagina, in qua refertur Theophili approbatio, referri-
plum apparet, & tamen de eo magnum Baronii silen-

tium; illud interim Theophili increpans totidubia
JESUS MARIA.

MANLatis parens Reverendiss. P. Amosij Treacini
Quasiitoris Gen. Venetiarum, recognovi expulsi-
explicationem in præcepta Decalogi R. P. Thomæ Tamburini.
Legendo, & electa perpendendo, animo sublevari, & al-
rans Opusculum, paucis, plurima contineat: quod non
difficili exercitata; verum inutilibus reiectis articulis, quæ
aliis dispersa affluerent, & quod plurimi videret, præcise
refere. Vnde qua corrigere minime, at, qua disce-
re, que excepi. Quapropter veluti opus solenter elaboratum, in
nullo offendens, pluribus favens, omnibus conducens, & qui
suum sapit Auctorem, dignum, ut lucem obtineat, judicio
sidero. & efflagito. Datum in nostro S. Bonaventurae Pa-
riarum Canobio, ult. Aug. 653.

Ego FR. AGIDIUS DE MELO, Minor.
de observ. Refor. Lect. Gen. S. Theo.
Dissinitor, ac S. Officii Vener. Censur.

5. Cur item non meminit Approbationis rebus
initio ejusdem Decalogi reimpresli I. Iulius in Belgio
anno 1660. quæ est breviuscula, & facile potest
loco notari, cum illam, ex ea conjectura colligam
quod ipse Baronius viderit, quia hujus Belgici lo-
pressionis Dedicatorem citat diss. 1. sect. 5. & 2. de
probatio autem est hujusmodi.

Hoc idem Th. Tambur. de Soc. Jesu Sacerdotis Opus
mum, perquam utiliter imprimendum, censui.

MATTHIAS NAVÆUS Theol. Doct. Can.
Tornac. libror. Censor. 20. Febr. 1660.

6. Verum encomia hæc, & plura alia, (supra etiam
Institutum meum) negligamus; Quod ego in hoc
opusculo intendo, benigne Lector, non est. The-
philum sapientissimum inter nostri sæculi viros
dicare; aliis me sapientioribus id reliquo; sed me
Præceptoris doctrinam tam inusitè innotulam, in
sua germana luce legentibus cernere, tenebrisque
quas effundit prædictus Baronius, ab oculis meo-
eruditiorum (sapientes enim mea opera non radigunt)
amovere. Nec per prolixas Disquisitiones id facio
mihî opus erit. Domi habeo, domique nascuntur,
quæ rem expugnabunt. Omnia enim luce clarius pa-
reant.

rebut, si confetam duntaxat id, quod cavillatur Baronijs cum eo, quod scribit Tamburinus. Admirabilis, prudens lector, qua fronte audeat quispiam aliquem carpere, quali quid noxiū dixerit exsecrando partem, non vero totum extis, quare reprehensus cum prudentissimis limitationibus, commodisque explicationibus docet, immo qua fronte addat subinde aliquid de suo, parum scilicet, in referendis sententijs, de necessaria fidelitate laborans. Non te diu morabor, jam absque longiore proemio operam aggredior.

Sed prius lege hic, probra & dicteria, quæ Baronijs profert adversus innocentem præceptorem meum, ut scilicet, quo animo affectus is cum illo agat, ne sis nescius.

PROBRA, ET DICTERIA Baronii in Tamburinum.

A Pag. 71. ad Paginam 83. in Titulo, & sæpe. Laxitates Tamburini, laxitates Tamburini, &c.

Disp. 1. sect. 5. art. 2. pag. 71. Opus Tamburini in Decalogum auctas exaggerataque habet OMNIUM Authorum liberos, & periculosas opiniones.

Ibid. §. 2. pag. 73. Ego sciam, sita (ut Tamburinus) de abdicatis, aut ad minus diminutis divine legis præcipijs paribus sentirem, aut scriberem, vererem illam ex Scriptura sententiam, Væ qui dicitis bonum malum.

Ibid. pag. 80. Relata opiniones (Tamburini) adeo à sensu totius Ecclesie, ab æquitate humana, & à reverentia in legem divinam aliens, ut ex Curati (Parisienfis) minus doctissimus in illas librum meditaretur, titulo ANTIDECALOGI cum hoc versu. Tempus faciendi, Domine, dissipaverit legem tuam.

Ibid. Pag. 74. Cum Curati Parisiensis obtinuerint prohiberi Apologiam Casuistarum, frustra fore moment tot Episcoporum censuras, & facultatis Parisiensium, summique Pontificis decreta, quæ perniciosissimos errores, quibus sciret ille liber, damnare, si pari audacia liceat, eosdem errores evulgare, & mutatis Authorum nominibus interpolare, id vero evenisse, editione Tamburini Operis in Decalogum Lugduni facta, cuius plura exemplaria Parisios delata sunt, nec solum damnatos Apologia errores eo libro contentos propugnari, sed addi atrociores, qui adeo ab omni æquitate, & pietatis sensu abhorreant, ut unus videatur scopus huic Authori (Tamburino) constitutus, nempe, comprobare, in quam cecitatem devenire possit mens humana, ubi relicto Fidei, ac traditionis lumine, ac tramite, suis se permisit cogitationibus abripi. Conqueruntur (idem Curati) non partem Religionis eo opere laceratam, sed totam funditus everti, &c.

Et paulo post, illud etiam (idem Curati) conqueruntur legibus Ecclesiasticis his maxime, quibus jejunia instituantur, argutijs, pudendis, & ridiculis. (Deus me adjuvet, Ubinam in gravissimo opere Tamburini sunt hæc pudenda, & ridicula) Denique principia constitui corruptelis inducendis & excusandis, quæ adeo late patent, ut nullum sit celerum genus adeo insolens, & horrendum, quod his regulis defendi, & honestari nequeat.

Quare, ut moderatius, quam ferat rei atrocitas, loquantur, verissime pronuntiant, huiusmodi Ethicem (Tamburini) tanto studio per totum orbem sparsam minime Christianam esse, quandoquidem hominis Christiani bonam mentem extinguit, nec Hebræam, ac Pharisæam, cum procul abiciat, quam Iudæi summè colebant, legis litteram & externi hominis probitatem, quam Pharisæi præselebant, nec debere Philosophicam, & humanam dici, cum

Paris II.

infecta sit æquitati naturali, Fidei humana, & sensui communi, quibus Philosophia humana, ut certis regulis, adhaeret, nec Civilem, aut Politicam esse censendam, cum societati humana fundamenta convellat, & quæ huiusmodi Ethicam admittunt Regna, & Imperia, brevi, depulsa omni lege, & fide, mutis Civium odijs, fraudibus, & cadibus sint peritura: Quare nullum aliud superesse, quo nuncupetur, nomen, quam illud Jacobi. Non est ista sapientia de sursum descendens, sed terrena, animalis. Hæc Curati Parisiensis de opere Tamburini.

Ibid. ead. pag. Summus Pontifex sua constitutione damnavit Apologiam (illam Casuistarum) quæ multo cautius, minusque licenter agit, quam Tamburinus.

Ibid. pag. 76. Inde vides erudite Lector, quo tandem Tamburinus promovet probabilium iura, & nullum Theologum, saltem è societate, probabilitatis leges extra omnes ne dum veritatis, sed etiam similitudinis veri fines, periculosus laxasse.

Ibid. ead. pag. Tamburinus aliorum consilia, & labores corrumpit.

Ib. d. pag. 77. Quid ad hæc Tamburinus? Nihil istos sui instituti Authores moratur: uno audaci ac præcipiti saltu transiit hos quatuor gradus ab illis accurare constitutos, & veluti aggeres ad legis, & salutis defensionem oppositos hominum cupiditatibus, uno impetu amolitur, & deturbat.

Ibid. pag. 78. Quis non obstupescat, ista doceri tanta fiducia, & assecuratione, ut Tamburinus nihil dubitet certiora asserere, quam ut sua discussione indigeant, & habuisse laudatorem (Theophilum) qui scripserit, ea sua Theologia basi exquisitè Tamburinum bonis moribus consulerisse.

Ibid. pag. 79. Ne mireris Lector Tamburinum à cæteris omnibus in sua probabilitate constituenda, dissentire, cum nec secum conveniat. Nullum est certius falsi argumentum, quam à seipso dissentire. Non caret hoc vitio Tamburinus, & cum fere omnes deseruerit, sibi ipsi repugnat, ut inde agnoscat omnes, quam periculosum sit, hunc ducem sequi.

Eadem disp. 1. sect. 5. art. 3. §. 13. pag. 91. Sed multo liberalior, & laxior Tamburinus. Videtur sane eo fine scripsisse, ut qui præcesserant Authorum laxitates, omnes superaret.

Et paulo post. Nec dubito quin (Tamburinus) velit videri, quasi in laxandis conscientijs gloriam, & singularitatem affectasse.

Hæc tenus Baronijs falsissime, ut sequens opusculum legenti patebit.

Hæc autem volui simul colligere, ut si quid in consequentibus sese offerat severè à me dictum contra Adversarium, videat Lector, comparatione facta cum ipso, quam libere ipse contra præceptorem meum.

CAPUT I.

Congeries sententiarum, quæ Tamburino imputantur.

Vbi Baronijs modò relatam Theophili approbationem damnavit, ut damnationis testimonium ostenderet, in medium profert, disp. 1. sect. 5. art. 1. §. 1. fol. 71. propositiones non paucas, quasi à Tamburino in suo Decalogo scriptas, atque à Theophilo perperam approbatas. Et profecto eo modo, quo Baronijs, ut plurimum, illas refert, censurandæ

Bbb

omnino